Sal. in Christo.

Literae tuae, breves sane ac Laconicae, H. Stephane
Typographorum et Philologorum decus et columen, per-
gratae mihi sunt et erunt. Ultro enim et ino-
pinato et tarum ad me primae advenerunt, nec
mihi tacere adferentes secum, quod auro et gemmis
pretiosius est cordatis, auream videl. amicitiae
vinculum, quam non adulteratam Deus O. M. nobis
perpetuo conservet. Etsi autem tardius, ad
Kal. puto, Julias redderentur, hoc tamen mihi
vitatis habuerunt, ut laboris abs te oblati partem
susciperem: quam perferre etiam, σὺν θεῷ, de-
crevi. Nam cum de toto quoque negocio di-
ligentius ad me scripsisset Cl.mus noster Sylburgius,
utrique amico gratificandum esse censui: Tibi
itaque primorum V Diodori Sic. librorum inter-
pretationem, illi reliquorum Latine redditorum in-
terpolationem ornato. Verum nescio an operae hic
pretium sim facturus. Si enim versio tibi dis-
plicebit, opera cum oleo, ut ajunt, effusa est;
Sin vero placebit, incerta tamen adhuc est
publicatio, cujus spe interim exsudavi, qui
sua parire volunt. Praetorius ergo
noster specimen primigenii et rudis adhuc operis
ultro tibi descripsit, ut τοῦ πόνματος qua-
lecunque habeas specimen. Tuum est, siquid
forte desideres, de hoc mature nos admonere
ac libere, et inprimis de editionis tuae instituto
nos facere certiores. Si jam agi seria
vacaret, a somnolenti hac Decanatus Philosophici
(administratione

expeditius, dotem me denique huc convertato, et anni in
tervallo me effecturum aliquid confido.

Interim Quinti Smyrnaei nepolium tibi, Vir Cl.mo, injungi
patiare. Habere illo nostro cum interpretat. correctionibusq;
et notationib. meis ultra septennium apud Theod.
Rihelium Argentinae, publicationis spe tota abscissa.

Sed annus nunc est alter, cum nuncium ei misi pro ea
remisi: interim tamen nihil restituit. Imo in proximis
istis nundinis Exem(plar), meo nomine expetitum, praetorio
nostro denegavit, nescio quid causatus. Studiose igitur
peto, ut, si vacat et libet, pro meo jure authoritate,
ac nomini obstricto, Calabrum ipsum et superadjectos
poëmatum meorum libellos (de quibus tamen minus la-
boro) efflagites, inspicias, mihiq; huc remittas, hoc grato
afferendum curas. τὸν δεύτερον γὰρ πλοῦν ἐγὼ (erit)
τοῖς πλέουσι μας, et velut amissam priore anno Ver-
sionem recognoscam. De commentario, forsitan
prolixiore, at minus elaborato, judicium tuum expecto.
Si quid superfluum judicaveris, resecabo: Si quid menso-
sum, corrigam. Addo et horum ipsum ad
Rihelium jam hac de re scripsisse. Sylburgio et
partes, tibi forte molestas, tradidi. De Memno-
ne et Agatharchide quid consilii habeas, significa-
bis. Mitto nunc et Dionis Orat. de Ilio non
capto, cum interpretat. mea et scholiis: si lubet, et ipsum
alicubi inseriatur: cum nihil Exemplarium supersit.
Exemplar Diodori Graecum (cujus usum jam commodasti)
mea fide proximo repensandum mittes. Et familiarem
hanc hoc alloquium aequi boniq; facies. Vale diu felix
studiisq; utilis. Jenae Kal. VIIbr. A. CIↃ IↃ XCIII.

Tuus

Laurent. Rhodomanus.

Cl. Viro, et de sapien
tiae studiis optime meri
ti, Dn. Henrico Ste
phano. Typographo
celeberr. etc. Dno
et Amico plur. colendo,

Rodomannus.